IN Dei nomine Noverint Universi quod Ego dompna Anna de ragarriga & de Stanyo vidua relicta nobilis domini francisci Raymundi
de ragarriga domicelli quondam domini castrorum de pontonibus & de Crepello locorum & parrochiarum de Romanyano & de borraciano ac ter-
minorum eorumdem Gratis & ex certa sciencia illis viis melioribus via modo & forma quibus melius firmius et efficacius fieri potest et
debet tenoreque presentis publici Instrumenti cunctis temporibus valituri per me & meos heredes & successores quoscumque presentes atque fu-
turos Dono absolvo diffinio penitusque remitto atque renuncio vobis nobili domino ludovico de ragarriga filio michi & dicto
quondam viro meo communi heredi universali dicti quondam domini francisci Raymundi de ragarriga viri mei patrisque vestri [illegible]
qui convalescebit per obitum nobilis domini francisci [illegible] de ragarriga quondam filij & heredis dicti quondam francisci Raymun-
di de ragarriga primo loco Instituti licet absenti ac ut absenti tamquam presenti & scriptori Jurato Infrascripto pro vobis & vestris
ac aliis etiam quibus Intererit nunc vel etiam in futurum Interesse poterit sub virtute loco & nomine notarii publici Infrascripti stipulanti
et recipienti tenutam et possessionem ac omne & quodlibet aliud Jus michi competens in hereditate & bonis dicti quondam viri mei pa-
trisque vestri quibusvis rationibus Juribus titulis sive causis quesitis dici seu exprimi possent sub quacumque forma seu expressione
verborum. Hanc autem donationem absolutionem diffinitionem remissionem atque Renunciationem vobis dicto nobili domino lud-
ovico de ragarriga filio meo & vestris & quibus volueritis perpetuo de predicta tenuta & possessione facio sicut melius & utilius dici
potest & Intelligi ad salvamentum & bonum etiam Intellectum vestri & vestrorum predictorum ad vestras & vestrorum omnimodas volun-
tates Inde libere perpetuo faciendas Preterea ex causa huiusmodi donationis diffinitionis & renunciationis & alias ut melius de Jure fieri
& valere poterit atque tenere Do cedo & mando ac etiam transfero vobis & vestris predictis omnia Jura & alia omnesque vo-
ces vires rationes et actiones meas reales & personales mixtas utiles & directas ordinarias & extraordinarias ac alias [illegible]
quascumque michi & meis In predictis & eorum occasione ratione dicte tenute ac possessionis & alias competentia & compe-
tentes competitureque et pertinere debentia et debentes quoquomodo quibusvis Juribus locis vocibus viribus rationibus & actioni-
bus supradictis ponentes vos & vestros & quos volueritis perpetuo predicta que vobis dono diffinio & renuncio & predictam here-
ditatem & bona dicti quondam viri mei patrisque vestri libere habere tenere percipere & possidere tueri & deffendere & alias
agere [illegible] & experiri agendo scilicet & respondendo deffendendo excipiendo proponendo & replicando ac omnia alia &
singula faciendo in Judicio & extra Judicium quecumque & quemadmodum ego facere poteram ante huiusmodi donationem diffinitio-
nem remissionem & renunciationem Jurium et actionum cessionem seu etiam confectionem possemque nunc & etiam postea
quandocumque Ego enim predicta proinde vobis et vestris diffinio dono remitto renuncio & relexo extrahens a Jure domi-
nio et proprietate mei & meorum eadem omnia & singula in Jus dominium proprietatem & posse vestri & vestrorum mittens &
transferens pleno Jure facio & constituo vos & vestros predictos Inde veros dominos & procuratores ut in rem vestram et
vestrorum propriam ad faciendum Inde omnes libitum voluntatis dicens & Intimans ac mandans tenore huiusmodi publici Ins-
trumenti cunctis temporibus valituri ac [illegible] gerenti vices baiulis ac aliis officialibus dictorum baro-
nie castrorum locorum & parrochiarum ac terminorum eorumdem subditisque dicte baronie & aliis quibuscumque personis Incu-
redditariis et aliis qui tenentur ad solutionem redditus Jurium & obventionum ac proventuum dicte baronie castrorum
& locorum ac terminorum eorumdem ac aliis etiam quibuscumque personis tam ecclesiasticis quam secularibus & tam communitatibus
quam singularibus presentibus et futuris cuiuscumque gradus dignitatis seu conditionis sint vel existant qui in aliqua quoquomodo red-
ditibus & Juri quondam patris vestri & viri mei teneantur quatenus de eadem predictis omnibus & singulis vobis & vestris pa-
reant respondeant obediant & satisfaciant prout michi [illegible] possidenti hereditatem & bona dicti quondam viri mei &
patris vestri respondere parere & obedire ac satisfacere tenebantur ante huiusmodi Instrumenti confectionem & Jurium & actio-
num cessionem Ceterum convenio & promitto vobis & vestris & quibus volueritis perpetuo quod ratione predictorum non contraveniam nec
faciam nec Inferenti seu proponenti consentiam Imponens michi & meis super predictis omnibus & singulis silentium
sempiternum omnemque agendi & contrafaciendi viam a me & meis abdicando et precludendo [illegible] facientes vo-
bis & vestris de predictis omnibus & singulis bonum & perpetuum finem absolutionem diffinitionem pactumque firmissimum de ulte-
rius aliquid non petendo seu de non agendo In manu & posse dicti scriptoris subscripti Jurati sub virtute & nomine notarii Infrascripti
tanquam publice & autentice persone [illegible] pro vobis & vestris legittime stipulanti et recipienti [illegible] Inter-
essentibus [illegible] solemni stipulatione // promittens & Jurans sponte per animam meam per dominum deum & eius sancta qua-
tuor Evangelia manibus meis corporaliter tacta predictam donationem absolutionem diffinitionem finem remissionem & renuncia-
tionem ceteraque omnia & singula supradicta me & meos rata grata valida atque firma semper habere tenere & servare atten-
dere & complere & In aliquo non contrafacere vel venire aliqua ratione Jure modo causa vel lege cuius quidem Juramenti
virtute Renuncio super hiis scienter Illis legibus sive Juribus quibus donationes causa ingratitudinis Inofficiositatis [illegible]
revocantur seu revocari possunt omnique alij Juri sibi obviari [illegible] pontonibus diocesis gerunden-
die vicesima mensis februarii anno a nativitate domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio [illegible] dompne Anne
de ragarriga & de Stanyo donatricis diffinientis absolventis remittentis & renunciantis predicte qui hec laudo firmo & Juro
Testes huius rei sunt honor petrus oliveres procurator generalis baronie de pontonibus & antonius [illegible]
[illegible] civitatis barchinone

Ego franciscus Vinyes regia auctoritate notarius publicus regens notariam escribaniam publicas castrorum de pontonibus et de Crepello locorumque et parochiarum
de borraciano et romanyano et terminorum eorumdem pro eisdemque substitutus a honor Jacobo casson [illegible] auctoritate nobilis domini lu-
dovici de ça garriga domini dictorum castrorum locorum et parrochiarum ac terminorum eorumdem notarie escribanie publice dictorum castrorum locorum et parro-
chiarum ac domino utili et proprietario dictarum notarie escribanie hec apud me recepta scribi feci et [illegible]

A 100.

Perg. 151